



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

Matrimonium quid sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

# MATRIMONIUM

## QVIV SIT.

IUSTINIAN. IMP. IN LIB. I. INSTIT.  
tit. De patr. potest. in prin.

**M**atrimonium est viri & mulieris coniun-  
ctio individuum vitam consuetudinem conti-  
nuam. Inst. de patr. potest. in prin. Hoc autem non con-  
trahitur, sed consensus facit. l. nuptias. ff. de reg. iur.  
Coniuges autem individuum vitam consuetudinem re-  
tinent, quoad affectionem: actu enim plerumque fit se-  
paratio tam iure veteri, quam nouo permittente. l.  
consensu. in prin. C. de repud. & § si ergo. Auth. de  
iur. coll. 4. & in Auth. ut lic. matr. & au. § quia  
verò. coll. 8. Talis autem affectio habetur etiã quan-  
doque ad concubinam: ideo adijciendum definitioni  
Matrimonij, quod habeat diuini & humani iuris  
communicationem quemadmodum id definit Mode-  
stinus in l. 1. ff. de rit. nupt. Nuptia, inquit, sunt con-  
iunctio maris & femina, & consortium omnis vite,  
diuini & humani iuris communicatio. Quia eiusdem  
religionis debent esse, ut coniugum alter non sit Chri-  
stianus, alter verò Iudaeus. l. ne quis. C. de Iudae. &  
sacerd. Humano autem iure communicant, quia fo-  
rum viri sequitur vxor. l. si. § 2. ff. ad municip. Id  
quod in concubina, vel minus legitima vxore non est.  
l. de iure. § si. ff. eod. tit. Est quoque, Matrimonium tam  
animorum, quam corporum coniunctio, iux. d. l. nu-  
ptias. ff. de reg. iur. eaq. coniunctio animorum signifi-  
cat unionem, quae consistit inter Deum & iustam  
animam: Vnde Apostolus: Qui adhaeret Deo. vnus  
spiritus

Matrimonium  
quid.

Nuptiarum  
definitio.



*Spiritus est cum eo: coniunctio autem corporum dicitur  
gnat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum  
et sanctam Ecclesiam, id est, humanum generum  
vnde Euangelista; verbum caro factum est: et  
habitavit in nobis. glo. sup. ver. coniunctio. In l. de  
potest. in prin.*

IVSTINIAN. IMP. IN L.  
fi. C. de repudi.

Matrimonium  
fit et affectu,  
non dote.

**N**ON dotibus sed affectu Matrimonia  
trahuntur.

IDEM IN L. ASSIDVIS. C. QUI  
post. in pign. hab.

Vxor mariti  
propria est.  
Vxor quid,

**M**ARITUS & corpore & substantia & in  
vita vxoris fungitur. Vxor est societas  
manu rei, atq; diuina domus. Gordian. In l. de  
l. aduersus. C. de crim. expilat. heredit. & in  
in l. quamuis. C. de furt. & ideo quod unus  
vnus, habet & alter. glo. in l. ceterum. ff. de  
& habit.

**PLURES SIMUL  
VXORES HABERE CHRISTIANIS  
NO NON LICET.**

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE TEST.  
& Semiss. §. consideremus. Verf. sicut enim quis  
I

Bigamum eodem  
tempore  
non licet esse.

**L**EGITIMA vxori cõiunctus, alias super  
cere non poterit matrimonio cõiunctus.

IDEM IMP. LIB. 1. INSTIT.  
De nupt. §. ad finitatis.

Vxores duæ  
simul prohibentur.

**D**VAS vxores eodem tempore habere non  
cet. Et iterum. Duas vxores habere non poterit.